Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et descendunt usq; ad abyssos aia eorum in malis tabescebat
turbati sunt et moti sunt sicut ebrius et omnis sapia eorum deuora
ta est Et clamauerunt ad dnm cum tribularentur et de neces
sitatibus eorum eduxit eos Et statuit procellam eius in auram
et siluerunt fluctus eius Et letati sunt quia siluerunt et de
duxit eos in portum uoluntatis eorum Confiteantur dno misericordie
eius et mirabilia eius filiis hom Et exaltent eum in ecclesia
plebis et in cathedra seniorum laudent eum Posuit flumina
in desertum et exitus aquarum in sitim Terram fructiferam in salsu
gine a malicia habitantium in ea Posuit desertum in stagna
aquarum et terram sine aqua in exitus aquarum Et collocauit illic
esurientes et constituerunt ciuitatem habitationis Et seminauerunt
agros et plantauerunt vineas et fecerunt fructum nati
tatis Et benedixit eis et multiplicati sunt nimis et iumenta eorum
non minorauit Et pauci facti sunt et uexati sunt a tribula
tione malorum et dolore Effusa est contemptio super principes et
errare fecit eos in inuio et non in uia Et auduuit pauperem
de inopia et posuit sicut oues familias Videbunt recti
et letabuntur et omnis iniquitas opilauit os suum Quis sa
piens et custodiet et intelliget misericordias dni Gloria p
An Visita nos dne in salutari tuo · Psalmus ·
Paratum cor meum deus paratum cor meum cantabo et psallam
in gloria mea Exurge psalterium et cythara exurgam
diluculo Confitebor tibi in populis dne et psallam tibi in nationibus
Quia magna super celos misericordia tua et usq; ad nubes veri
tas tua Exaltare super celos deus et super omnem terram gloria tua ut
liberentur dilecti tui Saluum dextera tua et exaudi deus glo
riatus est in sancto suo Exultabo et diuidam sicimam et uallem
tabernaculorum dimetiar Meus est galaad et meus est ma
nasses et effraym susceptio capitis mei Iuda rex meus
moab lebes spei mee In idumeam extendam calciamen